


ΝΕΜΕΣΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ

ΑΝΘΡΩΠΟΥ,
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝ.

NEMESII EPISCOPI ET PHILOSOPHI
DE NATURA HOMINIS, LIB. VNVS,

Nunc primùm & in lucem editus, & Latinè
conuersus à Nicasio Ellebodio Casletano.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,

M. D. LXV.

ΝΙΚΑΣΙΟ ΣΕΛΛΕΒΟΔΙΟΣ

ΚΑΣΕΛΤΑΝΟΣ ΤΩ ΠΕΡΙΦΑΝΕΣΤΑ-

ΤΩ ΚΑΙ ΛΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΩ

ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΙ ΑΝΤΩΝΙΩ

ΠΕΡΡΕΝΟΤΤΩ

ΧΑΙΡΕΙΝ.



Ο' περι φύσεως ανθρώπου τῆ
Νεμεσίη βιβλίον φερειλό-
μην σοι φερσφωνῆσαι κράτι-
σε Αντώνιε Καρδινάλι, ἔτ-
σῆτον εἰς τὴν ἔγένεσε λαμ-
φότητε κὶ τὴν δόξαν ἀπο-
βλέψας ἢν ἔχεις ἐπὶ φρονήσει καὶ πολιτικῇ δει-
νότητι, πλείστον τε καὶ μεγίστων ἀξιωματίων με-
ταχῶν, καὶ τῆς φωνῆν μὲν παρὰ Κάρλω τῷ αὐ-
τοκράτορι, νικῶν δὲ παρὰ βασιλεῖ Φιλίππῳ τῷ
ἐκείνῃ υἱῷ μέγα δυναμένων ἐν τοῖς πρώτοις
συνεξεταζόμενος, ὅσον ὑπὸ τῆς ἄλλης σου παι-
δείας καὶ τῆς περὶ τῆς λόγου ἐμπειρίας εἰς τοῦ-
το φροαχθεῖς· φέρεσσαν ταύτην ὑπόθεσιν τῆ
φύσει σου πορίσασθαι, νομίσας εἰ τοῖς ὀπιτηδύ-

Nemesij

De natura hominis.

CAP. I.



HOMINEM ex animo intelligente, & corpore rectissime cōstructum esse, atq; ita quidem rectè ut aliter fieri, ac cōhærere non possit, multi, &q; boni viri existimarunt. Sed cum hoc habeat controuersiam, quòd intelligens animus dicatur, utrum intelligendi vis ad animum, velut dispar quadam natura, ad disparem naturam accedens, intelligentem eum efficiat: an intelligentiã à seipso, atque suapte natura habeat, atque ut corporis oculus, ita hæc eius pulcherrima pars sit: aliqui, in quibus est Plotinus, aliud esse animum, aliud intelligentiam statuentes, ex tribus hominem constare volunt, corpore, animo, intelligentia. Quos etiam Apollinarius secutus est, Laodiceæ Episcopus: nam hoc opinionis suæ iactō fundamentum, reliqua suo dogmati conuenienter astruxit. Nōnulli non separarunt ab animo intelligentiam, sed in ea principatum esse anime opinantur. Aristoteles verò eam quidem intelligentiam que potestate est, una cum homine fabricatam putat: sed eam que actu est, extrinsecus se insinuare nobis, neque ad essentiam hominis, sed ad progressionem cognitionis, & contemplationis rerum naturalium, conferre. Nam paucos admodum homines, & eos solos qui se philosophicæ dediderunt, intelligentiam actu habere confirmat. At Plato quod in homine præstantissimum est in-

A
TURNS,

qui occiditur, aut iustè occidi, aut utiliter. Iustè aliquando ob improba quedam facinora nobis incognita: utiliter, quòd occupet providentia futura illius maleficia, & quòd è re illius sit non ulterius vitam producere. quòd Socrati, & sanctis viris accidit. At qui occidit, iniustè occidit. Non enim eam ob causam, neque quod sibi liceret, sed spontè quasi faciendi, & predandi causa. In nostra enim est potestate agere: perpeti, ut verbi gratia, occidi, in nostra potestate non est. Nulla autem mors mala est, nisi que ob peccatum offertur: ut è morte sanctorum hominum cognoscitur. Improbus verò etiam si in lectulo, etiam si repente sine molestia ulla, vitam finiret, malè mortuus est, ut qui malam sibi sepulturam assciuerit peccatum. Qui tamen interemit, improbè interemit. Nam in his qui iustè interficiuntur, subdit se in locum carnificis: In his qui utiliter, sanguinariorum, & sceleratorum. Idem indicandum de ijs, qui hostes interimunt, & bello capiunt, & in captos omne exemplum improbitatis edunt. Item que idem de ijs, qui plus æquo sibi appetunt, & alios pecunia spoliant. Etenim & ijs, quibus eripitur, verisimile est conducere non possidere; & qui alienam pecuniam concupierunt, iniusti. Nam habendi cupiditate induti, non quia illis sit utile, ademerunt.

FINIS.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS
PLANTINVS ANTVERPIÆ,
ANNO CIO. MD. LXIV. IDIBVS
DECEMB.